



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 48. Ladislaus Pontifici reconciliatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1406.

## §. XLVII.

*Excommunicatio in Ladislaum &  
Columnenses lata.*

*Raynald.*  
*ad hunc ann.*  
n. 3.

Verum Papa nullatenus, quamdiu Ladislaus Columnensium potentia fultus, arcem sancti Angeli in sua servaret potestate, se tutum ratus, contra illos ejusque foederatos die decima octava Junii excommunicationis Bullam edidit, qua Ladislaum omnibus suis statibus, cunctisque juribus exspoliabat, adjectis gravissimis poenis, acerrimisque claufulis.

## §. XLVIII.

*Ladislaus reconciliatur Pontifici.*

Ladislaus sacro fulmine territus, ac regno suo, necnon Campaniæ Præfectura spoliari metuens, pacem, pristinaque Pontificis gratiam exorat, quam etiam Paulo de Urfinis & Ludovico Meliorato Innocentii Nepote deprecatoribus obtinuit, hac tamen lege, ut arcem S. Angeli, & omnia ac singula Ecclesiæ bona prius ablata restitueret. Hujus foederis articuli utrinque firmati fuere tertia decima Aprilis. Insuper eodem tempore Papa Ladislaum Sedis Apostolicæ creabat vexiliferum, qui nihilo se-

cius



cuius tamen Ecclesiam in Pontificis Persona persequi non destitit.

Sæcul. XV.  
A. C. 1406.

§. XLIX.

*Cardinalis de Chalanto a Benedicto missus Legatus in Franciam.*

Haud longas Genuæ moras traxit Benedictus; pestis enim ibidem exorta eundem Massiliam redire coegit. *Monach. S. Dionys. l. 6. c. 1.*  
In hac eadem urbe nuntium accepit, Universitatis Parisiensis Oratores ad Innocentium decretos attulisse Bullam, qua Synodus ad mensem Majum indicetur, atque eandem Universitatem denuo adversus ipsum insurrexisse; simulque nuntiatum, Henricum III Castellæ Regem Legatos suos in Franciam destinasse, cessionis viam omni modo sollicituros, denique ad discutiendam subtractionis viam in Galliis Præsulorum Comitia fuisse convocata. Cognitis his omnibus Benedictus Cardinalem de Chalanto Sabaudum Legatum a Latere in Franciam mittere statuit, qui impediret, ne Universitatis querelæ audirentur, nec Galli indictam ab Innocentio Synodum accederent. Cardinalis in Galliam delatus ægre admodum ad Regis alloquium admittebatur; palam enim dicebant quamplurimi, hunc Legatum eodunda-

*Juvenal. Ursin. p. 179.*